



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 22. Qua actione teneatur, qui aliquem temerè in jus coram hoc
tribunali vocat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

culi. Certe illud notatu dignum est, ad infringendam sententiam non sufficere dolum praesumptum sed requiri verum. *Farinac. decis. 185. par. 2. folio. 142. Me- nich. de arbit. iudicum lib. 2. cent. 3. casu 209. nume. 40. Roia dec. 157. par. 1. divers. arg. 2. l. 2. ff. quod quisque iuris.* De duplici porro late culpa specie, quarum una in com- mittendo, alia in omittendo seu negligendo consistit, tractatum est apud Do- ctos, *Barth. l. si servum num. 1. ff. de verb. oblig. glo. & DD. l. si mora ff. sol. mar. Co- covar. Res. tom. 1. de matrimonio par. 2. cap. 6. §. 8. num. 17. fol. 172. & inter utramque speciem multum interesse ostendit Covarruvias, d. §. 8. num. 17. D. Thomas 2. 2. quest. 7. part. 1. Petrus Loriotus l. quod nerva num. 29. & seqq. ff. depositi. graviorem esse eam quae in committendo, quam in omittendo consistit, tradit Covarr. & D. Thomas jam citatus, & quandoque eam quae in omittendo quam in com- mittendo, enucleat ibidem Petrus Loriotus glo. l. 2. ff. ad S. C. Syllan. l. si mora ff. sol. mar.*

QUESTIO XXI.

Judices an ob negligentiam puniantur.

SUMMARIUM.

1. Index negligens quandoque civiliter, quandoq. criminaliter tenetur.

Judicis negligentia in non judicando commissa, in id omne quod partis interest tenetur, *Lancimus C. de judiciis. Peck de jure fist. cap. 2. 4. interdum etiam crimi- naliter coercetur, l. mancipia ubi glo. verb. exigatur C. de ser. fugit §. 1. in fine. de oblig. qua ex quasi delicto. Petr. Loriot. l. quod Nerva num. 31. & 32. ff. depositi. nimia enim negligentia minimo gradu a dolo malitiaque distat, & doli malitiaque effectus habet. Vamef. conj. 160. de rejud.*

QUESTIO XXII.

Qua actione teneatur qui aliquem temere in jus coram hoc tri- bunalı vocat.

Ddd

SVM.

SUMMARIUM.

- 1. Injuriarum tenetur, qui temere quempiam pulsat iudicio viginti duum viri.
- 2. Causa iusta litigandi quando abesse videtur.

Vocans quempiam in ius coram hoc tribunali sine iusta litigandi causa, injuriarum actione tenetur, *Injuriarum §. si quis l. item apud Labonem §. si quis de injuriis l. qui injuriarum ff. eod. late Suadianus §. 1. numer. 16. in fine eod. tit. Peck de iure fisl. cap. 18. iusta autem causa litigandi abesse censetur, si id de calumnia praesumptionem inducit, late Benimendus Bononiensis dec. 74. Crav. conf. 262. num. fin. Et conf. 174. col. pen. Et fin. Bald. l. qui crimen C. qui accus. non possunt. Reperit. Fel. verb. accusator, an calumniari dicatur. Hieronymus Guarbarus in suo consilio lib. 5. praef. 25. Et de arb. iud. lib. 2. casu 321.*

QUESTIO XXIII.

An tribunal hoc jurisdictionem habeat adversus delegatos Papa.

SUMMARIUM.

- 1. Inferiores regulariter non habent jurisdictionem in delegatos Papa.
- 2. Delegati Papa ab inferioribus reformari non possunt.
- 3. Delegati Papa corriguntur ab ordinario. cum iuxta formam eis traditam non procedunt aut non purificatio rescripio.
- 4. Delegati corriguntur ab ordinario ab inefrenatos processus, vel si sint negligentes.
- 5. Si nulliter procedant.
- 6. Si delinquant in sportulis.
- 7. Ut evitentur scandala.
- 8. Iuris executio non habet injuriam.
- 9. Delegati non subiacenti viginti duum viris si procedant absque sordibus et corruptela.
- 10. Dioecanus regulariter non cognoscit de iustitia sententia iudicis delegati.
- 11. Dioecanus cognoscit de sententia dispensationis delegati eo sine tantum, ut ad Papam remittat.

Lices